



Philippus it. lucē est editus 13 die Nouemb. Anno 1504. patre Vilhelmo Landgrauio Hassiē, ex ducissa Megapolensi. Is heroico spiritu præditus, breui rerum cognitionem acquisiuit, atq; patri immatura morte defuncto in ditionis gubernatione successit. Eo autem tempore Lutheri doctrina passim disseminabatur, atq; multi príncipes & eruditū viri ipsam approbabāt. Itaq; Philippus re prius diligenter deliberata, ipse quoq; Ecclesiarum reformationem suscepit, atq; Euangeliū doctrinā passim in sua regione annuntiari iussit. Marpurgi quoq; celebrem academiam restaurauit, atq; uiros doctissimos liberalibus stipendijs undicā eō cōuocauit. Videlicet enim prudētissimus princeps, linguarum & artium studia ad sacrarum lectionum ueritatē plurimum conducere. Interim uero opinionum uarietatē & fanaticos spiritus detestabāt. Vnde in rustica seditione Thomam Muntzerrum authore suis copijs fortiter aggressus egregie uicit, atq; autore capite plexo, reliquæ multitudini apud Milthusium in finibus Saxoniarū pepercit. Eadē seueritate postea quoq; contra Monasterienses Anabaptistas usus. Itaq; maximis sumptibus castra ad urbem admouit, atq; eandem, uicinorum principum opera adiutus, in ditionem recepit, huiuscēdē sectā primoribus sublati reliquis ignouit, atq; suo Episcopo restituit.